



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 30. Sacri milites Saxones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII. fectionis in Palæstinam infortunatus exi-  
A. C. 1148. tus. Exinde Res Latinorum, in Oriente  
degentium, in deteriora ruere cœpe-  
runt; cum enim jam experti essent In-  
fideles, summos conatus illorum Prin-  
cipum, qui inter Christianos potentissimi  
habebantur, in cassum cecidisse, de-  
victos vilipendere & ridere cœperunt,  
quorum antea vel solis nominibus auditis  
expavescebant.

## §. XXX.

*Sacri Milites Saxones.*

**H**aud multo magis favente fortuna Sa-  
crum bellum contra Paganos in Se-  
ptentrione positos gestum est. Nam il-  
lud quoque auctore Papa & quibusdam  
viris Religiosis prædicantibus suscep-  
tum, eo consilio, ut illi populi superbas cer-  
vices sub jugum Christi flectere com-  
pellerentur, vel omnino extirparentur.  
Expeditionis Sacræ duces se præbuerunt  
Fride-

Chronogr.  
Sat.  
an. 1148.

Saxo  
Gramm.  
lib. 13.  
p. 229.

tam flagitiose proditus ac vexatus fuisse a Græcis  
legitur ac Conradus Imperator. Cujus rei ra-  
tio haud dubie est, quod Græcorum Impera-  
tore magis ab Imperatoribus Romanorum quam  
a Regibus Franciæ sibi timerent, memores, nulli  
Principum Occidentis id juris esse in omnes  
provincias, quæ olim Romani Imperii partes  
extitissent; si illud Germani Imperatores re-  
petere voluissent.

Fridericus Archiepiscopus Magdebur- Sæcul. XII.  
gensis, Episcopi Halberstadiensis, Mona. A.C. 1148.  
steriensis, Merseburgensis, Brandebur-  
gensis, ex Moravia Olomucensis, & *Helm. Cron.*  
Abbas Corbejensis. Præterea in alia Ger- *Slav. lib. I.*  
maniæ parte arma ceperunt Albero c. 63.

Archiepiscopus Bremensis, Dietmarus  
Episcopus Verdensis, Henricus Dux Sa-  
xoniæ, & complures alii Optimates, cum  
quadraginta virorum millibus. Rex quo-  
que Daniæ cum Regni sui Episcopis mi-  
lites terra marique contraxit, totusque  
exercitus centum virorum millibus con-  
stare ferebatur. Tot agmina in Sclavos  
moverunt, ut cædes & latrocinia ulci-  
scentur, quibus illi Christianorum ter-  
ras, præsertim Danorum, vastaverant.  
Ergo Infideles in diversis locis oppugnan-  
tur, omnia terrore implentur, corrum-  
puntur segetes, multæ urbes incendio  
destruuntur, & præter alias etiam urbs  
*Malebon*, cum Idolorum templo, haud  
procul ab urbe posito. Ubi vero per-  
nicies tribus mensibus tenuit, qui Prin-  
cipibus Germanis, illi Regioni propin-  
quis, a consiliis erant, monuerunt Do-  
minos suos, si hanc provinciam perde-  
rent, tributa & vectigalia quoque amis-  
suros esse, quæ ex ea accipere adfue-  
vissent. Ita primum remissius bellum  
moverunt, & tandem pacem inierunt,  
iis conditionibus, ut Sclavi Religioni  
sup. Christiane

c. 66.

Sæcul. XII.

A. C. 1148.

Christianæ nomen darent, & captivos ex Danorum gente dimitterent. Tum multi quidem Sclavorum baptizati sunt, sed non conversi, & ex captivis scens, ceteraque mancipia, ad laborem inepta reddiderunt, illis, quæ valido erant corpore, retentis. Itaque magna ista contra paganos molitio omni ferme fructu caruit; quippe primis diebus Sclavi, pejora prioribus ausi, nec promissum de Baptismo, nec pacem cum Danis servantes, eorum terras furiose infestarunt.

## §. XXXI.

*Concilium Remense.*

*to. 10. Conc.* Eugeuius Papa Concilium Remense sta-

p. 1107.

tuto tempore celebravit, eique vi-

gesima secunda Martii, Feria II. post Do-

minicam IV. Quadragesimæ initium de-

*Rob. de M.*

*ad Sigeb.*

dit. Adfuere Episcopi ex Francia &

Germania, atque etiam Theobaldus,

Archiepiscopus Cantuariensis, etsi id ei

Rex Stephanus diserte prohibuisset;

quare gratiam apud Papam iniit. Ad-

venere quoque non nulli ex Hispania

Episcopi, quos inter duo Archiepiscopi

Toletanus & Tarragonensis eminebant.

In hoc Concilio in conspectum Epi-

scoporum adductus est Vir genere nobilis,

qui *Eon de Stella* vocabantur, literarum

propemodum ruditis. Is se filium Dei esse

dicebat, ac etiam vivorum mortuorum

que

*Ott. Fris.*

c. 44. 45.